Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift

dictum dolorem nunquaz sensit. testis ipse. ⁊
Alter colicam et ventris corrosiones patiens ex
quibus ambe manus sibi per xx. ebdomadas contra
cte fuerunt. ipsis uti non potuit. voto emisso nota
bilem alleuationem sensit. et post paucos dies
omnino sanatus fuit. testis ipse. Alius corro
siones ventris acutissimas octo ebdomadis conti
nuo passus. iam vicinus morti votum emisit et
statim melius habuit. eoq; completo omnino sana
tus fuit. testis ipse. Mulier grauissima corporis
infirmitate. tanqm ventris corrosione ac colica in
egritudinis lecto aliquandiu detenta. voto ex certa
visione que sibi in somnis apparuerat emisso. sana
ta fuit et sana votum compleuit. Testis ipsa. ⁊

## Vulnerati curati numero Sex.

Mulier inter alias infirmitates fluxum sangui
nis per nares quatuor ebdomadis passa. ita q; aliqn
per diem et noctem sine medio cruor effluxit. voto
completo statim fluxus cessauit. Paulo vero post in
ictericiam incidens apud tumbam similiter liberata
fuit. tes. ipsa. Alia per xii. ebdomadas fluxum
menstrui passa. cum nulla poterat medela curari.
voto emisso fluxus statim cessauit. et ex illa hora
sanata fuit. testis ipsa. Quidam ab infancia sua
in genitalibus ruptus. nulla potuit medela curari.
ad tumbam votiue ductus statim ruptura disparuit.
ac sanus abiens dictam infirmitatem amplius non
sensit. tes. pr. Alius in dextrum oculum usq; in
occiput sagitta percussus. ab omnibus mori pu
tabatur. emisso pro eo voto a morte ereptus et
in oculo curatus votum compleuit. quem iudi
ces sanum et videntem viderunt. contestis vnus
eodem loco examinatus. Mulier per tres conti
nuos amos iure muliebri videlicet menstruo ca
rens non modicum debilitata. votum emisit et
statim releuata iura muliebria sensit. tes. ipsa.
Alia cultello manum sinistram transfigendo
ideo se vulneranit. vt ipsa manu inaruati puta